



Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium VI. Monasteria sunt exempta à solutione decimarum de
Novalibus ac de Hortis, quos ipsa colunt, & animalibus quæ nuttiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

Religionis, Barb. ad d. c. I. n. 2. vers. deinde col-
liges.

2. Nonnulli cum Fr. Emanac. qq. Regul.
tom. I. q. 13. art. 4. & Roderiq. in compend.
qq. Regul. resol. 76. n. 7. assertur, irregularita-
tem non solum tolli per professionem, sed etiam
per solam susceptionem habitus religiosi, adeo-
que professione etiam non secutâ, vel annullata,
sublatam tamen censeri irregularitatem, sicut
de illis, qui ex Societate Jesu post simplicia vo-
ta edita dimitti ab ijsque absoluti sunt, docet
Sanch. in precept. Decal. tom. 2. lib. 5. c. 2.
n. 14. Istam sententiam non impugno, quia
Privilegium Religionis est à nominatis DD. tra-
ditum; & juvani potest ratione, quod jura non
expresse requirant professionem, aliunde autem
conferit, quod appellatio Monachi vel Reli-
gio si favorabilibus quandoque veniant No-
riti, ut quoad Privilegium Canonis & fori.
Nec approbo, quia duplicit multis DD. cito-
us à Barb. d. c. I. n. 2. videtur enim non gau-
dere favore Religionis, qui eam deserit, nec Re-
ligiosus aut Monachus est cum effectu, qui
Professionem non fecit. Valeat proinde hæc
sententia apud Episcopos ordinantes quantum
potere potest, foras si huc accommodare lice-
bit illam doctrinam, quam tradit Gatt. ab be-
nef. p. 7. c. 2. n. 10. Sa. V. dispensatio n. 1. Laym.
in Th. Mor. de legibus c. 22. n. 4. quod scilicet
Episcopus possit in jure dubio in gratiam aliquius
dispensare, aut certe declarare, atque alterutram
senientiam amplecti.

Illi quoque his admonendum est, quod
quidem Sixtus V. illegitimis prohibuit Reli-
gionis ingressum, & ita hoc privilegium quasi
arbitrii fecerit, arcenam Greg. XIV. eas Sixti
constitutionem per Bullam Circum pacificam Roma-
nem Ge. revocaverit.

- PRIVILEGIUM V.
Monasterium facit irregulari-
tatem contractam ex Ordini-
bus furtivè suscepit dispensabi-
lem per Abbatem.
2. Ordines furtivè suscipiens est irregularis.
3. Quando dicantur Ordines furtivè suscep-
ti.


Quamvis in irregularitate præter Simplicem
Pontificem ordonare non dispensabili-
cat c. 4. de Sent. Et re iud. in 6. Invenimus
Religionis est constitutum, ut si quis fidei
Ordines suscepit, idque Ordinatus sub ini-
nitio anathematis prohibuerit, tali penale
nece in susceptione ministrare, nec ad eius officia
promoveri; sed si Monasterium in regulari
concedatur non tantum Episcopo, sed etiam
Abbatum cum eo dispensare, c. 1. & 6. & 40
qui furt. ord. suscep.

Dicitur autem furtivè quis Ordines suscep-
tis quatuor modis: I. quando sine consilio Epis-
copi aut Examine in numerum ordinandum
repit. II. Quando præces minoris ordinis alieno
die etiam Subdiaconatum accipit. III. Quia
quis eadem die ad duos factos Ordines suscep-
tis. IV. Quando per fatum, id est, emulatio
Ordine, v.g. Diaconatum ad Presbyterium pro-
moverit. Vall. 4. t. n. 1.

AD NOTATIO.

- A Dnum. I. Hodie in irregularitate dispe-
nsabili Episcopus, si oritur ex dolico occulto in
Ordinum furtivè susceptio occulta sic Tid. in
de Ref. c. 6. & ibi Barb. in cella.
- PRIVILEGIUM VI.
Monasteria sunt exempla
solutione decimartium de Novitibus
ac de Hortis, quos ipsa colunt, &
animalibus qua nutritur.
1. Per speciales privilegia immunitas (sa. m.)
extenditur.
 2. An habentes generalia communica-
privilegiorum partientes tamen præstigio
exemptionis à daima.

PRIVILEGIUM VII.
Ibidem in Jure communis enti-
bus Monasterijs & Religijs concessa
c. ex parte 10. de Discim. Extra ius communi
sacrum per speciales Bullas multi Ordines Reli-
giose suum sunt exempti non tantum in Novi-
bus, sed etiam quibuscumque terrenis, quas simili-
ribus & impealis colunt. Sicut de Religijs
Congreg. Caffin. Camaldulensis, Pregel-
toribus, Carthusianis & aliis artefactis Barb. &
d. c. ex parte n. 5. Utrum autem imponatur gen-



talem communicationem privilegiorum cum eiusmodi privilegiatis Ordinibus communicent etiam in specie privilegii exemptionis à solutione decimatum traduci in Lib. III. Decret. Tit. de Decimis §. 3. n. 45. ubi dixi id regulariter negandum, eò quod exemptio à decimis propter praesudicium Parochorum sit difficilis & non comprehendatur in generali concessione arg. c. qui ad agendum de Procurat. in 6. Et c. nuper de Decimis. Dico tamen regulariter. Nam si communicatione exprimit aliqua praesudicitalia privilegia saltem in generis, vel adhuc talis ampliatio verborum, ut significet neutrem communicaunt le extendere ad omnia, praesertim si habeat annexam clauilam: quorum tenores &c. atque Monasterium habens communicationem, sustineat multos labores in Ecclesia predicando, docendo, & Sacramenta ministrando his, inquam accedentibus circumstantijs dicendum est, in generali communicatione Privilegiorum etiam Privilegium immunitatis à solvendis decimis comprehendendi. Palsus. ad Laur. De Franch. de controv. inter Episc. Et Reg. p. 2. q. 72. n. 10. & seqq.

AD NOTATIO.

Videbitur fortassis hunc privilegio derogatum per c. nuper. de Decim. aut per c. 1. in fin. V. S. verum in d. c. nuper. tantum tollitur privilegium, quod Cisterciensibus competit, ne de quibusva possessionibus, non tantum Novitibus sed etiam propriis sumptibus exceferint, tenebantur decimas date. In c. I. de V. S. advertit GL quid ibi Ponit, loquatur de fratribus Templariorum & Hygetolomitanis, qui sunt Laci sive ordine Clericali, ut solvant decimas, non quibusunque Parochis, sed quodammodo fibi ipsi, seu Clericis sui Ordinis.

PRIVILEGIUM VII.

In Monasterijs potest quilibet sibi aut suis familiis eligere Sepulturam.

1. Hoc est hoc Privilégium etiam abe Ecclesie communicatum est.
2. Quid debetur Parochio ex iis, que Monasterio: occasione funeris obveniunt.

Ante Decretalem Bonif. VIII. quæ habetur in c. 2. de Sepult. in 6. poterat hoc assertum inter specialia Monasteriorum Privilegia melius, quam hodie computari. Etenim de Jure antiquo pluribus placuit, neminem posse dimisum Ecclesiæ suæ Parochiali alibi eligere Sepulturam, nisi in loco Religioso seu Monasterio, ubi crebrius divina Officia celebrantur, sicut insinuat textus in d. c. 2. & notat Glossa ibidem, At vero hodie Bonif. VIII. concessit, ut in qualibet Ecclesia etiam minus Religiosa ecclesia-sepulta validæ censatur.

Prateata licet de jure debetur Parochio portio Canonica, id est, tercia vel quarta pars eorum, quæ à defuncto obveniunt loco electæ sepulturæ, c. 4. cum super c. certificari, c. in nostra de sepolte, Specialiter tamen excipiuntur in c. fin. de Testam, quod non sit solvenda portio Canonica de his, quæ in specie pro fabrica Ecclesie, pro ornamentis, luminaribus, anniversario, septimo, vigefimo, trigesimo die, sive aliis ad perpetuum cultum divinum legantur. Imo particularia privilegia & locorum consuetudines multa Monasteria vel nullam omnino portio nem Canonicam, vel non nisi de funeralibus propriè dictis (que scilicet in eodem die cum funere deferuntur, ut sunt candelæ, pannus, oblationes &c.) exsolvent, prout haec & plura circa jus cendi sepulturam refuli in Lib. III. Decretal. Tit. de Sepultura.

PRIVILEGIUM VIII.

Monasteria gaudent immunitate locali.

1. Quid sit immunitas localis.
2. Privilégia data Ecclesijs competit etiam aliquis puer.
3. Omnes malefactores regulariter defenduntur hac immunitate, sunt tamen quida expediti.
4. Hac immunitas est tantum iuris humani.
5. In hac immunitatis materia prævalent SS. Canones legibus Civ.
6. Confutudo etiam attendenda est.
7. Asylum competit etiam Ecclesijs non consecratis, polluti, aut interdicti.
8. An ad amittendum asylum conjunctim re-

(B 3) quiratur